

- 131 De epistola B. Jacobi Apostoli, cum numer. seqq.
 133 De Epistola B. Joannis Apostoli, cum num. seqq.
 136 De Epistola B. Iudee Apostoli, cum numero seqq.
 138 Ecclesia Romana bisariam accipitur.
 139 Verbum Ecclesie, multipliciter usurpatur.
 140 Ecclesia quomodo fundari dicitur super sacras Scripturas.
 141 Canonici libri passim Divini vocitati solent.
 142 De quatuor Ecclesiæ proprietatibus.
 143 Catholicum quid significet.
 144 Cur Ecclesia dicatur Catholica.
 145 Est Ecclesia una.
 146 Est Apostolica.
 147 Ecclesiæ descriptio.
 148 Ecclesia includit justos & peccatores, & num. 152.
 149 Obicitur contra argumentum, quod solvitur num. seqq.
 151 Est Ecclesia Catholica visibilis quæ Romana appellatur.
 153 Fidelis amittens gratiam per peccatum, Fidem retinet.
 154 Eides, quam habet qui gratiâ caret, vocatur mortua & inutilis.
 155 Absque charitate potest quis Fidem recipere.
 156 B. Petrus, & ejus successores primatum Ecclesiæ habent à Christo.
 157 Quo tempore primatus B. Petro à Christo colatus.
 158 Illud Matthœi cap. 16. Tu es Petrus, & super hanc petram, &c. exponitur.
 159 B. Petrus esse fundamentum Ecclesiæ contra hereticos probatur.
 160 Damnantur heretici, qui primatum Ecclesiæ Romana inficiantur.
 161 Primatus Ecclesiæ Romanae probatur ex Concilio Florentino.
 162 Hereticus est, qui inficiatur Primatum Ecclesiæ Romanae.
 163 De verbo Primatus, & Primate, cum num. seqq.
 164 Primatus Ecclesiæ Romanae probatur ex Concilio Niceno.
 165 Ecclesia Constantinopolitana post Romanam occupat primum locum.
 166 Ecclesia Romana omnium est caput, Regina & Magistra.
 167 B. Petrus Ecclesiæ Romanam construxit.
 168 In Hispanis Archiepiscopus Tolitanus Primate obtinet.
 169 B. Petrus, & Ecclesia Romana aliis omnibus antefertur.
 170 Beati Petrus, & Paulus una eademque die matyrii laure à insigiti meruerunt.
 171 Quo die ac loco.
 172 Qui Patriarchatus fuerint in Ecclesiæ primordiis, cum num. seqq.
 173 De quatuor præcipuis Patriarchis, cum num. seqq.
 174 De quinque Basilicis Romæ, quæ Patriarchales vocantur, cum num. seqq.
 175 Ementatur caput Renovantes, 22. dist.
 176 De Scriptoribus Ecclesiasticis, remissive.

De libris Sacris, sive canonisticis.

C A P U T XIV.

Gelasius I. Summus Ecclesiæ Praeful 51. monrum pariter ac literarum praefiantia cum primis venerandus, Martii die 2. anni 492. Afterio, & Praesidio Consulibus Felici II. suffectus est, seditur annos 4. mensis 8. dies 18. nam obit dies 20. Novembr. anni 496. habuitque Anastasiu II. successorem. De Gelasii vita plausibiliter agunt præter Plarin. & alios, qui de vita Pontificum tractatus ediderunt, Card. Baron. Annal. Ecclesiast. tom. 6. anno 492. à vers. Elapsis igitur, cum annis seqq. Spondan. in alias Epitome, tom. 1. eisdem annis, Carrill. Annal. anno 492. cum aliis, Illecas Hisp. Pontific. tom. 1. lib. 3. cap. 2. Jacob. Gualter. in Chronograph. s. c. pag. 370. col. 1. & 5. ubi plures. Habetur etiam tom. 3. Concilior. pag. 617. in edit. Parisiensi anni 1636. & inter Ecclesiasticos Scriptores recentes in Biblioteca Sacra, fol. 72. ex D. Hieronymo, & apud Bellarm. de Script. Eccles. s. c. anno 492.

Hic ergo eximus Pontifex inter alia plurima, 2 qua egregie pro Ecclesiæ utilitate patravit, duplex Romæ Concilium convocasæ legitur tertio, & quartu sibi Pontificatus anno, & utrumque reperitur d. tom. 3. Concil. ex pag 661. & in Summa Conciliorum apud Coriolan. anno 494. & 495. In priori de quo in præsenti nobis est differendum, convenientibus Episcopis 70. Libri Sacri & Canonici, & Sanctorum Patrum opera, quæ Ecclesiæ approbatione sunt digna, recensentur, simulque apocryphorum catalogus traditur. Deinde de Ecclesiæ, ac Sedis Apostolicæ autoritate fit sermo. Hujus Concilii (quod ex Romanis vigesimum primum esse vult Pandilla in suo Indice, seu Chronographia Concilior. pag. 37.) meminere Card. Baron. sup. anno 494. vers. Placuit autem inter hac, & ibi Spondan. in Epit. eod. anno n. 3. Carrill. anno 494. Illecas d. cap. 2. ad fin. Theatrum vitæ humanae tom. 4. lit. L, pag. 79. vers. Pauli post Gelasius, Bibliotheca Sacra fol. 73. in princip. Aug. Barbosa in collectan. ad cap. Sancta, n. 1. 15. dist. Valcarcer. in Epit. Jur. Canon. in d. cap. Sancta.

Sacrorum Librorum canon non est semel editus 3 est in Ecclesiæ, habetur enim Apostolorum canone 84. in Concilio Florentino sub Eugenio IV in unione Armenie, Carthaginensi III. cap. 47. à Leone II. confirmato, Laodic. cap. 59. Tridentino dist. 4. & apud Innocent. I. epist. 3. ad Exuper. Sed in hujusmodi catalogis diversitas aliqua reperitur, ut legenti patebit; nam ex Divinis Scripturis libri nonnulli aliquando dubiae fidei fuere, qui tempore procedente, ab Ecclesiæ in numero Canoniconum Voluminum sunt relati. Sixt. Senenf. in sua Bibliotheca Sancta, lib. 1. secr. 1. vers. Canonici secundi ordinis. P. Suar. de fid. tract. 1. disput. 5. secr. 3. num. 9. Azor. Institut. moral. part. 1. lib. 8. cap. 1. vers. Libri porro.

Ibi : Tametsi Gratianus, ejus prima parte concessa.

Consulas Turrecremat. August. Barbosa Valcarcer, & Acunam in d. cap. Sancta, 15. distinct. quod ne- dum diminutum, sed etiam mendis Scatens usque ad Gregorianam Decreti correctionem teltatur Glotta ultima in præcitat. Concil. Roman. tom. 3. Con- cilior. pag. 664.

Ibi:

Ibi : Scripturas, seu liberos de rebus Ecclesiasticis.

- 4 Sixtus Senensis d. secr. 1. libros de rebus sacris, vel Ecclesiasticis tractantes in canonicos, & apocryphos dividit rursus canonicos esse, vel primi ordinis, vel secundi asseverat. Primi ordinis sunt, qui semper in Ecclesia ut Divini recepti sunt, nullo tempore de eorum autoritate, ac fide infallibili dubitatum est, ut Pentateuchus Moysis, quatuor Evangelia, & alii; hosque ille protocanonicos appellavit. Ad secundum ordinem spectant libri illi, de quorum fide aliquando hæsitavit Ecclesia, sed labentibus facultis sacrorum voluminum canonii sunt adscripti, ut liber Esther, Tobie, Judith, & alii, quos Senensis enumerat sub vers. Canonici secundi ordinis, ac Deuterocanonicos vocat. Hi antequam inter canonica volumina describerentur, Ecclesiastici dicebantur, primumque cathecumens, quibus canoniconum librorum electio non licebat, legi permettebantur. Ubi autem ab Ecclesia pro canonics haberri coepissent, non minus authoritatis ac fidei nacti sunt, quam alii approbatione antiquiores, quos intra primum ordinem Senensis constituit, apud quem hæc omnia, & ad stipulatur P. Gregor. de Valent. de reb. Fidei hoc temp. controversis, in analysi Fidei Catholic. lib. 8. cap. 5. ver. Porro libri, Glos. Ordin. Bib. in princip. ubi de libris Canonici, & non Canonici, Pat. Suar. ubi sup. Cornel à Lapide sup. Ecclesiastic. in prolegomen. cap. 1. vers. Suppono, Casp. Sanch. in Ebb. prolegom. 4. n. 8.

Ad Num. I.

- 5 Libri Canonici sunt regula, ad quam Fidei dogmata examinandur, & ex eis sumuntur argumenta ad cunctas haereses diluendas. Cornel. à Lapide in Pentateuch. de encomiis Sacra Scripturae, num. 20. Glos. Ordin. ibidem, §. 1. Sixt. Senenf. d. secr. 1. vers. Canonici, primi ordinis, & lib. 7. post princip. vers. Inter nefarias, Theatrum vitæ humanæ tom. 2. lit. C. pag. 67. sub verb. Canon. Quapropter haereticus adversus utrumque testamentum plura commenti sunt, quæ nefarias, & perniciose haereses dixit Senensis ubi proxime, à quibus sacra volumina præter ipsum vindicant Card. Bellarmin. lib. 1. de verb. Dei script. Cornel. à Lapide ubi proxime, secr. 2. ex n. 51. qui n. 20. demonstrat, sacra Scripturae usum ad plurima pertilem esse, ac necessarium. Sacra enim Scriptura, ait ille, sic à Spiritu sancto concinne contexta est, ut omnibus locis, temporibus, personis, difficultatibus, periculis, morbis, malis pellendis, bonis accersendis, erroribus jugulandis, dogmatibus flatuendis, virtutibus inferendis, vitiis propulandis se esse accommodet.

- 6 Ideo autem Canonis Libris quoad Fidei dogmata standum est, quia Deum ipsum authorem habent, ut statim comprobabitur; unde regula infallibilis sunt, juxta quam assertiones de Fide admitti, aut reprobari debent, ut fuse probat P. Suar. d. secr. 3. per tot. Idemque asseverandum est de traditionibus, quæ ex ipsa Scriptura perpetuo sunt in Ecclesia observatae, quas libris Canonici quoad autoritatem æquiparant Tridentinum secr. 4. ubi August. Barbosa in remiss. Concil. & recte ac latè edocuit P. Suar. d. disput. 5. secr. 4. D. de Faria Nove Addit. ad Covar. Tom. II.

à princip. Azor. part. 1. lib. 8. cap. 4. P. Valent. d. lib. 8. cap. 6.

Ibi : Sunt etenim hujus generis Scriptura Divinae.

Sacra Scriptura auctoritate Spiritus sancti nititur, quo inspirante Evangeliste, & aliis canonicos libros scripere, quos amanuenses Sancti Spiritus vocat Maldonat. in Evang. prefat. cap. 2. vers. Manichei. Dei iis luculentem ex D. Gregorio ac Theodoreto Cornel. à Lapide sup. num. 18. ita differit: Lingue & manus horum Sacrorum Scriptorum nihil aliud fuerit, quam calami ejusdem Spiritus sancti, ræde non tam ipsi Scriptores diversi, quam unius scriptori diversi calami fuisse videantur. Unde P. Suar. d. secr. 3. num. 3. & 4. ita definit sacram Scripturam, quod sit scripta insinuata Spiritus sancti dictantis non tantum sensum, sed etiam verba. Quod ultimum num. 4. copiosè demonstrat ejusdem sacra Paginae testimonii. Hæc autem veritas, quod Spiritus Sanctus sit auctor, qui inspiravit quicquid in canonibus voluminibus homines scriptum reliquerunt, est de Fide, & habetur Perri 2. canon. cap. 1. ibi : Non voluntate humana, sed Spiritu Sancto inspirante loquuntur sunt sancti Dei homines. Trident. secr. 4. & alibi, ut videtur est apud P. Suar. d. secr. 3. num. 3. & 4. Atque ita in confessio est omnibus Catholicis auctoritatibus Divinam sacris Scripturis inesse: quod præter hic laudatos observant Azor. Instit. Moral. part. 1. lib. 8. cap. 1. vers. Undecimè quaritur, Pat. Valent. d. cap. 5. vers. Quod primum, & vers. Ceterum, Sixt. Senenf. in Biblioteca sancta, lib. 1. secr. 1. in princip.

Hinc quondam libri sacri in tanta veneratione 8 habebantur, ut in templis duo secretaria existent à dextro, sinistroque latere absidis, in quorum altero facetas & Eucharistia affervabantur, in altero sacrae Scripturæ divini codices redebantur. Similiter Judæi in Synagogis Biblia deposita religiosissime obseruant. Cornel. à Lapide sup. num. 4. Ethnici quoque ea volumina, quæ divina, & sacra credebant, reverenter publicè custodiæ tradiderunt. Sic Romani Sibyllæ codicem Duumviris primo, deinde decem, aut quindecim, qui pro temporum varietate sacris faciendis præfecti sunt, custodiendum commisiere. Theatrum vitæ humanæ tom. 2. lit. D, pag. 230. vers. Duumviro.

Ibi : Has Canonicas appellamus non alia ratione.

Libri Scripturæ sacrae dupli ratione Canonici 9 nuncupantur: tum qui ab Ecclesia in Canonem seu catalogum relati sunt: tum quia ipsi sunt regula infallibilis ad ea, quæ ad Fidem spectant discernenda, sicut assertum est supra, num. 5. Canon enim idem est ac regula, cap. 1. 3. distinct. ubi Barbosa in collect. num. 1. D. Isidor. lib. 6. etymolog. cap. 16. Valcarcer. in d. cap. 1. Calepin. verb. Canon. Lexic. Calvin. eod. verb. vers. 1. Sic Ius Pontificium vulgo Canonicum vocatur, à sacris Canonibus, seu regulis, quibus homines ad recte vivendum, & spirituale bonum diriguntur. August. Barbosa in collect. ad cap. 2. n. 2. 15. dist. Theatrum vitæ humanæ tom. 2. lit. C. pag. 67. vers. Quæ deinde. Sic animadvertisit P. Becan. in analog. veter. ac novi Testamenti, cap. 1. q. 1. num. 1. per Hh 2 hæc

hæc verba: *Suppono, libros Scriptura vocari Canonicos à Canone.* Canon autem duo significat: primò normam, seu regulam, quam sequitur: secundo catalogum, seu numerum aliquarum rerum. Utroque sensu libri Scripturae vocantur Canonicis. Priori quidem, quia continent normam, seu regularem, quam in Fide & moribus sequi debemus. Posteriori, quia in catalogum librorum divinorum relati sunt. Secundum quae D. Covar. debet intelligi; nam ex approbatione Ecclesie, ac descriptione in catalogo facrorum voluminum, provenit ut libri utroque sensu Canonicis dicuntur; neque enim essent regula ad Fidei dogmata, nisi Divini per Ecclesiam definitiorum, ut patet ex praemissis supra, num. 4. Nec in canone facrorum codicibus, sed à Deo, à quo Ecclesia instituta fuit, procedit. P. Suar. de fide, disp. 3. sct. 10. num. 10. & disp. 9. sct. 2. num. 6. Deus enim per Ecclesiam testificatur, quod ipsa definit. Idem Suar. d. disp. 3. sct. 11. num. 11. Omneque Ecclesie sanctiones sunt accipienda tanquam Dei ipsius, Petri ore firmare. B. Joan. Capistran. tract. de Papa, Conciliis, sive Ecclesie autorit. in princip. tom. 13. Card. Tusch. tom. 3. lit. E. concl. 3. num. 21. ibi: *Quod ab Ecclesia, vel. Papa fit, dicitur fieri à Deo.* Unde authoritas Ecclesie Divina confitetur, eti per homines exercetur, extravag. Unam sanctam, de majorit. & obedient. in commun. & ibi August. Barbosa in collectan. num. 1. post gloss. verb. *Est autem, Marta de juris, part. 1. cap. 9. cum seqq.* Etenim cum Christus sua Ecclesie sit caput, D. Paul. Coloss. cap. 1. ibi: *Ipsa est, Christus, est caput corporis Ecclesie: & Clem. unic. in princip. de jurejurand. d. extravag. Unam sanctam, in princip. ubi Glossa, & Barbos. sup. Card. Baron. Annal. in apparat. num. 2. Spondan. in ejus Epitom. tom. 1. anno 33. num. 6. Cardin. Tusch. d. lit. E. concl. 2. in fin. & concl. 3. num. 1. Marta sup. cap. 12. num. 1. firmamen, seu fundamen. D. Paul. 1. ad Corinthus. cap. 3. ibi: *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere prater id, quod positum est, quod est Christus Jesus.* B. Joan. Capistran. sup. num. 2. Spondan. ubi proxime, quam ille se nunquam derelictum spopondit, Matth. cap. 28. ibi: *Ego vobiscum sum usque ad consummationem facili.* Ideo quicquid in Ecclesia potestatis, vel authoritatis est, id totum à suo capite, firmamento, & authore, Christo scilicet provenit, quod ultra laudatos jam observare Azor. institut. moral. par. 1. lib. 8. cap. 1. vers. Decimo queritur, August. Barbosa de potestate Episcopi, part. 1. tit. 1. cap. 1. num. 5. Spondan. ubi sup. Gregor. de Valent. sup. lib. 6. c. 6. vers. *Sepimo, maximum pondus.**

Ex quibus, junctis iis quæ sunt premissa n. 6. & 12. liquido constat authoritatem Ecclesie, & sacrorum voluminum à Deo proficiendi, suamque originem ducere. Unde nec Ecclesia sacra Scripturæ, nec hæc illi authoritas aliquid originaliter conferit, sed tantum declarationem, & testimonium de illa, quam Deus præstitit, apud homines exhibet. Et sic à D. Covar. in prædicti docemur. August. Barbosa in remission. Concil. de sess. 4. num. 7.

Ibi: *Utriusque enim authoritas est à Christo.*

12. Sacrorum voluminum authoritatem infallibilem à Deo dimanare, aperte ex traditis nuper à

num. 6. patet. Potest tamen dici (etsi hæretici per horrescant) eorum fidem, & certitudinem quoad nos esse ab Ecclesia profectam, quatenus declarat, qui libri inspirante Spiritu Sancto sint scripti, ut illis infallibiliter credere teneamus, prout nobis præcipitur in Trident. d. sess. 4. Quæ recte monet Maldonat. in Evang. præfat. cap. 2. ad fin. vers. *Offendi solent.*

Kurtius licet Ecclesie authoritas pluribus facræ Paginæ testimoniis demonstretur, ut Matth. cap. 16. ibi: *Et super hanc petram adfisco Ecclesiam meam.* D. Paul. 1. ad Timoth. cap. 3. sic: *Ecclesia est columna, & firmamentum veritatis, & alibi frequenter; non ideo tamen ea authoritas à canonisticis codicibus, sed à Deo, à quo Ecclesia instituta fuit, procedit.* P. Suar. de fide, disp. 3. sct. 10. num. 10. & disp. 9. sct. 2. num. 6. Deus enim per Ecclesiam testificatur, quod ipsa definit. Pat. Suar. de Fide, disp. 5. sct. 4. num. 9. P. Valent. d. lib. 8. cap. 3. vers. *De secundo:* Etenim quemadmodum agnoscimus ex traditione opera Plutarchi, Aristotelis, vel Homeri à suis authoribus edita, sic per traditiones credimus facræ Scripturae codices divinos esse, qui Spiritu Sancto inspirante hominum manibus conscripti sunt. Sixt. Senens. sup. lib. 7. in principio, vers. *Primum contra Fanum.*

13. Sic Sext. Senensis in Bibliotheca sancta, lib. 1. sct. 1. in princip. ait libros esse Canonicos, qui secundum majorum traditionem per ipsum Spiritum sanctum ad eruditum nostrum divinitus inspirati creduntur. Et sacras inter traditiones hæc recensetur, *Qui libri sunt canonici,* ut videtur apud Azor. part. 1. lib. 8. cap. 4. vers. *Quinto queritur,* P. Gregor. de Valentia tract. de reb. Fidei hoc temp. controversialis, in analysi Fidei Carbolice, cap. 6. num. 1. Quam traditionem amplectitur Ecclesia, ipsaque eruditur, ac ducitur, ut D. Covar. admetat, dum libris canonicis fidem & authoritatem sua approbatione quad nos accommodat. Pat. Suar. de Fide, disp. 5. sct. 4. num. 9. P. Valent. d. lib. 8. cap. 3. vers. *De secundo:* Etenim quemadmodum agnoscimus ex traditione opera Plutarchi, Aristotelis, vel Homeri à suis authoribus edita, sic per traditiones credimus facræ Scripturae codices divinos esse, qui Spiritu Sancto inspirante hominum manibus conscripti sunt. Sixt. Senens. sup. lib. 7. in principio, vers. *Primum contra Fanum.*

14. Verum hoc restringenda sunt ad Fidei nostræ articulos ac mysteria, alias enim contingere potest, ut nunc post Ecclesie definitionem aliquid de Fide sit tenendum, quod ante illam non erat, ut obseruat P. Valent. sup. d. cap. 3. vers. *Jam quod,* cuius assertio exemplum expendit in Sanctorum canonizatione; nam juxta veram, ac communem sententiam, quam plurimorum autoritate comprobavimus supra lib. 1. cap. 10. n. 49. Pontifex in illa errare non potest, quo admisso post Ecclesie definitionem est de Fide eum æterna beatitudine gaudere, quem ipsa in numerum Sanctorum retulit, quod quidem antea tale non erat. Aliud præterea exemplum hujus veritatis adduci posset de libris sacris, qui aliquando canonici non habebantur; etenim postquam constituti sunt intra canonem divinorum voluminum, est de Fide illos Spiritu Sancto dictante confcriptos esse, infallibilemque veritatem continere, quod ante Ecclesie approbationem de Fide non fuit. Vide infra, num. 22.

15. Ibi: *Tamen olim pro majori & potiori parte in Ecclesia canonici putabantur, I. Valent. d. cap. 3. vers. Nec vero Seccarii.* Quam traditionem juxta magis communem, ac potiorem Sanctorum Patrum sententiam ampliæ Ecclesia, eos libros qui antea dubiæ fidei apud homines habebantur, facræ voluminibus adjecti, in quo ab Spiritu Sancti infallibilem assentiam minimè labi in errorem potuit, secundum traditum num. 10. Et licet hujusmodi libris opus fuerit Ecclesie authoritate, ut pro canonicis recipiatur, non ideo tamen existimandum est, eadem non indigne etiam alia volumina sacra, quæ semper integrum fidem ex traditione obtinuerunt, ut Evangelia, & Pentateuchus Moyis; quia eis fides ut canonicos non adhiberetur, nisi Ecclesia eos ut tales reciparet, ipsisque usa ad dogmata Fidei stabilienda, & hæreses confutandas veterem traditionem comprobaret. Unde D. August. lib. unic. cont. epist. Machichei, quem paulo ante D. Covar. laudavit, profitetur se nec Evangelio creditur, nisi Ecclesie authoritate commoveretur. Nec enim ullis traditionibus assensum fidei præstare tenemur, nisi fuerint in Ecclesia receptæ, & observatae. P. Suar. d. disp. 5. sct. 4. num. 7.

16. Ibi: *Sed & judiciali auctoritate.* Ecclesia dum codicem quemquam canonicum decernit, se tanquam judicem gerit, imperans, ut illi omnino fides adhibeat, quo veritas infallibilis continetur, sicut cavitur Trident. sess. 4. Ita Azor. d. vers. Decimo queritur, & alii quos dedimus sup. n. 10.

Ibi:

Ibi: *Per traditionem erudita.*

17. Sic Sixth. Senensis in Bibliotheca sancta, lib. 1. sct. 1. in princip. ait libros esse Canonicos, qui secundum majorum traditionem per ipsum Spiritum sanctum ad eruditum nostrum divinitus inspirati creduntur. Et sacras inter traditiones hæc recensetur, *Qui libri sunt canonici,* ut videtur apud Azor. part. 1. lib. 8. cap. 4. vers. *Quinto queritur,* P. Gregor. de Valentia tract. de reb. Fidei hoc temp. controversialis, in analysi Fidei Carbolice, cap. 6. num. 1. Quam traditionem amplectitur Ecclesia, ipsaque eruditur, ac ducitur, ut D. Covar. admetat, dum libris canonicis fidem & authoritatem sua approbatione quad nos accommodat. Pat. Suar. de Fide, disp. 5. sct. 4. num. 9. P. Valent. d. lib. 8. cap. 3. vers. *De secundo:* Etenim quemadmodum agnoscimus ex traditione opera Plutarchi, Aristotelis, vel Homeri à suis authoribus edita, sic per traditiones credimus facræ Scripturae codices divinos esse, qui Spiritu Sancto inspirante hominum manibus conscripti sunt. Sixt. Senens. sup. lib. 7. in principio, vers. *Primum contra Fanum.*

18. Hic meminisse oportet eorum, que sunt supra, num. 4. nam non de omnibus libris, quos hodie canonicos Ecclesie definiente veneramus, traditio universalis, ac constans extitit, ideoque nec nomen Canonorum meruerunt ante Ecclesie approbationem, & declarationem, ut notavimus ibi: tamen olim pro majori & potiori parte in Ecclesia canonici putabantur, I. Valent. d. cap. 3. vers. *Nec vero Seccarii.* Quam traditionem juxta magis communem, ac potiorem Sanctorum Patrum sententiam ampliæ Ecclesia, eos libros qui antea dubiæ fidei apud homines habebantur, facræ voluminibus adjecti, in quo ab Spiritu Sancti infallibilem assentiam minimè labi in errorem potuit, secundum traditum num. 10. Et licet hujusmodi libris opus fuerit Ecclesie authoritate, ut pro canonicis recipiatur, non ideo tamen existimandum est, eadem non indigne etiam alia volumina sacra, quæ semper integrum fidem ex traditione obtinuerunt, ut Evangelia, & Pentateuchus Moyis; quia eis fides ut canonicos non adhiberetur, nisi Ecclesia eos ut tales reciparet, ipsisque usa ad dogmata Fidei stabilienda, & hæreses confutandas veterem traditionem comprobaret. Unde D. August. lib. unic. cont. epist. Machichei, quem paulo ante D. Covar. laudavit, profitetur se nec Evangelio creditur, nisi Ecclesie authoritate commoveretur. Nec enim ullis traditionibus assensum fidei præstare tenemur, nisi fuerint in Ecclesia receptæ, & observatae. P. Suar. d. disp. 5. sct. 4. num. 7.

Ad Num. 2.

19. Est apud Theologos frequens, & indubitate conclusio, quam D. Covar. in prædicti nos docet, nempe nec Ecclesiam, nec Summum ejus Antistitem posse novos Fidei articulos introduce-

re, aut statuere aliquam propositionem de fide tendendam, quæ ante talis non esset. Ita P. Suar. de Fidei disp. 3. sct. 11. num. 4. P. Valent. d. lib. 8. cap. 3. vers. *Jam vero.* P. Hurtad. de Mendoza tract. de Fide, disp. 7. sct. 3. §. 80. nam ut hic ait eadem disp. sct. 2. num. 17. Ecclesie definitio non est divina revelatio, sed revelationis testimonium. Quid autem operetur authoritas Ecclesie declarantis aliquid de Fide, tradidit ex Molina P. Suar. ubi proxime. ibi: *Quod si inquiratur, quid nobis conferat Ecclesia definitio, respondet (scilicet Molina,) ut nobis certò conslet, illud esse de Fide certum, saltem mediata: nam Spiritus Sanctus non afficit Ecclesia, ut aliquid efficiat de Fide, quod antea non erat, sed ut non eret quando declarat, quid sit de Fide mediata, vel immediate. Idem Suar. ditta sct. II. num. II. in fin. afferit, Ecclesiam sua definitione efficere, ut aliquid sit nunc de explicita & formalis Fide, quod antea non erat.*

Verum hoc restringenda sunt ad Fidei nostræ articulos ac mysteria, alias enim contingere potest, ut nunc post Ecclesie definitionem aliquid de Fide sit tenendum, quod ante illam non erat, ut obseruat P. Valent. sup. d. cap. 3. vers. *Jam quod,* cuius assertio exemplum expendit in Sanctorum canonizatione; nam juxta veram, ac communem sententiam, quam plurimorum autoritate comprobavimus supra lib. 1. cap. 10. n. 49. Pontifex in illa errare non potest, quo admisso post Ecclesie definitionem est de Fide eum æterna beatitudine gaudere, quem ipsa in numerum Sanctorum retulit, quod quidem antea tale non erat. Aliud præterea exemplum hujus veritatis adduci posset de libris sacris, qui aliquando canonici non habebantur; etenim postquam constituti sunt intra canonem divinorum voluminum, est de Fide illos Spiritu Sancto dictante confcriptos esse, infallibilemque veritatem continere, quod ante Ecclesie approbationem de Fide non fuit. Vide infra, num. 22.

Ibi: *Ecclesia vero licet non possit facere, quod quedam, &c.*

Eadem ratione, qua Ecclesia nequit efficere aliquid de Fide, quod ad illam antea non spectabat, non valebit decernere propositionem aliquam esse hæreticam, quæ prius hæretim non continebat; quia de natura hæretis est, quod opponatur Catholicæ veritati. Farinac. d. §. 1. num. 3. cum seqq. Sanch. in Decalog. lib. 2. cap. 7. à princ. & cum pluribus aliis est prænotatum supra, lib. 3. cap. 1. num. 7. Unde ut assertio quævis hæretica constituantur nunc, quæ talis antea non erat, necessario desideratur, quod Ecclesia propositionem contraria de Fide definiat, cui ista adversetur: hoc Ecclesia efficere non valet; ergo neque illud, id est hæreticam assertione aliquam decernere, quæ Fidei Catholicæ non opponerebatur. Et hanc conclusionem cum D. Covar. sustinet Guttier. d. q. 32. num. 45. Param. de Origin. & progressa S. Inquisitions, lib. 3. tit. de hæreti, n. 14.

Hæc autem resolutio eidem limitationi subjicienda est, cui præcedentem subjecimus sup. n. 20. nam qui ante canonizationem cuiusvis Sancti asserveraret eum æternæ damnationi deditum, hæretim non contraberat; fecis si postea supposita doctrina, quod error Pontificis in his intervenire nequit. Similiter hæretica propositio non est, quod libri Esther, Tobiae, & alii, qui dubiæ fidei habebantur, divina carebant authoritate an-